INNOCENTIUS PP. XI

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christi
fidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui Ecclesiam seu Capellam S. Leonardi Confessoris maioris Collegii Universitatis Academiae Civitatis Cracovien. in qua non tamen
Rosarium seu Ecclesiae, cuiusque Capellis et altaribus, sive omnibus, sive illis, tamque seu ... vel illa aut illarum seu illorum ... vel illa et visitandum nulla alia indulgentia reperitur concessa, die festo
huiusmodi S. Leonardi Confessoris a primis vesperis usque ad occasum solis festi huiusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris
Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad septennium tantum valituris.
Volumus autem ut si alias Christi fidelibus in quocumque alio anni die dictam Ecclesiam seu Capellam, aut altaria in ea sita visitantibus aliqua alia indulgentia perpetuo vel ad tempus nondum
elapsum duratura concessa fuerit, vel si pro impetratione, praesentatione, admissione seu publicatione praesentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, praesentes
nullae sint. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII Iunii MDCLXXXVI Pontificatus Nostri Anno Decimo.

[illegible]

1686

[illegible]

Nicolaus Oborski Dei et Aplicae Sedis Gratia Epus Laodicensis Suffraganeus Schlius. Victorius in Spiritualibus et Officialis Gnalis Cracoviensis

Universis et singulis Significamus. Quod Nos visis Lectis maturecg discussis intro contentis Literis Aplicis Sanctis Salvis et illaesis eardem iuxta earum vim tenorem et obloquentiam authe Ordinaria admisimus publicandiq eardem in Eccla vel Capella facultatem concessimus. In Quorum fidem &. Cracoviae Die 26 Julij. Anno Dni 1656

Nicolaus Oborski
Epus Laod. Suff Crac

Procurante Basilio Oborski S. Th. Coll. Jove Canonico S. Floriani